

wurde. « Seit wann und wie lange er (Hermann der Jude) Schedaer Propst gewesen ist, bleibt fortan ungewiss » (S. 251).

Berlin-Zehlendorf

Dr. J. RAMACKERS.

* * *

L'OPPOSITION A L'ELECTION DE RAGUET COMME ABBE-GENERAL DE PREMONTRE. 1644.

Le document que nous publions ici a trait aux difficultés multiples qui accompagnèrent la provision du siège abbatial de Prémontré, à la suite du décès du cardinal de Richelieu, que les intrigues de la cour avaient fait nommer abbé-commendataire de l'abbaye-mère de l'Ordre.

Cette mort survint en 1642 (1). Les religieux de Prémontré se réunirent et en présence d'un commissaire royal, désignèrent à la haute charge Simon Raguet, religieux relevant de la réforme lorraine. Cette élection n'eut pas l'heur de plaire à tous les adeptes de l'Ordre. Même en Belgique, l'on se refusait d'admettre à la tête de l'Ordre un religieux sorti de la Congrégation dite de l'Antique Rigueur, que beaucoup considéraient malgré sa belle vitalité comme un parti réfractaire dans l'Ordre. Surtout en Brabant, où les abbayes avaient lutté énergiquement et victorieusement contre la commende et où la discipline monastique suivait une tradition régulière, l'Antique Rigueur n'obtint jamais grande faveur. Taiée, commentant ces événements, parle d'un manifeste présenté par les abbés brabançons au cardinal Spada, protecteur de l'Ordre auprès du Saint-Siège.

Le document présent relève de ces négociations auprès de la cour romaine et forme une page supplémentaire à cette affaire. C'est une copie, prise en Italie, du rapport des entrevues qui eurent lieu à Rome, au palais du cardinal Spade, entre Jean Coomans, président du Collège Saint-Norbert et procureur de l'Ordre à la curie romaine, Pierre Carette, prieur de Prémontré, et Gerard Meysz, procureur député par le chapitre général de l'Ordre.

La controverse portait surtout sur deux questions : Il importait avant tout de savoir si le chapitre conventuel pouvait procéder à

(1) Voir à ce sujet le détail des événements chez Th. Taiée, *Prémontré*. Paris, 1873, t. II, p. 106 et suiv.

une élection régulière, ou si, à la suite de la vacance prolongée du siège abbatial, depuis la mort de Pierre Gosset, la provision du monastère avait passé au Saint-Siège. La seconde question était celle de l'éligibilité de Simon Raguet, que les censures du chapitre général de 1630 déclaraient impropre à toute dignité dans l'Ordre, tout comme déjà l'élection de sa personne ne comptait pas, car il n'était pas français d'origine et il n'avait pas recueilli le nombre de voix voulu, — ainsi l'opposition.

C'est surtout le premier point qui fut soumis au feu de la discussion, les personnages, relevant de la cour Romaine, soutenant les droits du Saint-Siège sur le monastère vacant, les autres voulant sauvegarder les droits à l'élection pour la communauté de Prémontré.

A la suite des pourparlers, Simon Raguet, l'élu de la communauté de Prémontré, fut nommé par Sa Sainteté par provision apostolique, abbé de Prémontré et abbé-général de l'Ordre, mais la direction de l'abbaye-mère et de l'Ordre serait pourvue par le nonce de France, jusqu'au chapitre général qui devait avoir lieu en dedans les deux ans, de préférence à Rome.

A ERENS.

Laudunensis Juris eligendi.

Cum die 24 currentis anni 1644 indicta esset Congregatio in Palatio Em.mi et R.mi Cardinalis Spada, Ordinis Praemonstratensis Protectoris, pro hora 21. super modo et forma expediendi monasterium Praemonstratense adhuc vacans per obitum quondam Petri Gossetii anno 1635 defuncti, post meridiem satis tempestive ibi comparuerent admodum RR. PP. fr. Joannes Comans, praeses collegii S. Norberti in Urbe ac praedicti Ordinis in Romana Curia Protector, necnon fr. Petrus Carette, monasterii Praemonstratensis procurator, unacum me infrascripto ejusdem Ordinis autoritate sui Capituli generalis in eadem Romana Curia postulatore deputato. Et quidem interim donec expectabantur Ill.mi et R.mi et DD. Datarus et Maraldus, quia Ill.mus et R.mus D. Paulutius impeditus pro eodem tempore in Congregatione Immunitatis Ecclesiae, cujus est secretarius, comparere non potuit, et R.mus Pr. Hilarion prodagra detentus adesse nequivit, placuit tunc denuo Em.mo Cardinali Protectori nobis longam et benignam dare audientiam, in qua ego infrascriptus exposui quod R.P. Raguet non poterat dari pro-

visio apostolica, quia monasterium Praemonstratense duplici ex causa non erat adhuc devolutum ad Sedem Apostolicam.

Prima assignata fuit quod minimum jus eligendi adhuc residebat poenes priorem en conventum Praemonstratensem nostros principales, non obstante tam diutina vacatione per obitum domini ultimi Abbatis defuncti ex quo ex confessione adversarii resultante per suam a ss. electionem constabat usque tunc durasse impedimentum electionis, quando quidem Glor. Mem. Ludovicus Galliarum Rex XIII adhuc, praedicto ultimo abbate vivente, dederat praeceptum de non procedendo ad electionem sine sua licentia speciali, et sic nostris principalibus impeditis, non potuisse currere aliquod tempus juxta textum in C. ne pro defun. de elect.

Etenim in electione adversarii detegitur nunc latens vitium, tum quia per sententiam Capituli Generalis anno 1630 fuit declaratus inhabilis ad praeeminencias et dignitates in hujusmodi Ordine conferri solitas, tum etiam quia non est origine Gallus, tum denique quia non probat se habere majorem partem votorum omnium compromissariorum juxta formam compromissi facti. Unde debet dari nostris principalibus a die irrotationis electionis adversarii, ac si vacatio nova esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, ut sonant praecisa verba text. in C. si electio de elect. in 6°.

Ad hoc motivum Em.mus volens declinare necessitatem quam praevidebat Congregationem intrare ad declarandam electionem adversarii irritam, quando quidem desuper petebatur administratio justitiae, respondit simpliciter devolutum fuisse monasterium ad Sedem Apostolicam, ex lapsu tanti temporis, et nostros principales habuisse jus suum pro derelicto, quando quidem toto illo tempore, quo vixit Cardinalis Richelieu nunquam eorum nomine allegatum fuerit in tot congregationibus coram ipso habitis, quando tractatum fuit de generalatu Praemonstratensi, illis adhuc competere jus eligendi, imo sibi et S.mo D. nostro suppositum fuisse illud monasterium esse ad Sedem Apostolicam absolute devolutum, dum subito, intellecta morte bonae memoriae Cardinalis Richelieu suae Sanctitati ipsemet in primo Consistorio mensis januarii anni 1643 supplicavit, ut ex gratia vellet nostris principalibus concedere indultum apostolicum eligendi abbatem, et desuper fuisse concessum Breve apostolicum ad instantiam nostrorum principalium quibus proinde obstare deberet sua confessio in dicto brevi contenta.

Sed fuit replicatum etiam si Sua Sanctitas gratiam hujusmodi Brevis concessisset, tamen illud nunquam fuisse expeditum, et consequenter non acceptum. Ultra quod petitio indulti eligendi facta censi debet ad abundantio rem cautelam, ne nostris principalibus super jure elegendi necessitas imponeretur intrandi in contentionem cum ministris apostolicis, qui poterant praetendere devolutionem. Unde E. mus subjunxit hoc non suffragari, quia semper praesumptio negligentis in non eligendo contra nostros principales ex quo tempore d. Cardinalis Richelieu non supplicarunt S. mo DN. ut praetactus Rex Galliarum requireretur pro removendo impedimentum eligendi a se praestito, quod officii genus procul dubio injunctum esset Nuntio Apostolico Franciae, et non sufficere adesse ad hoc impedimentum ut non currat tempus, sed etiam doceri debere factam fuisse debitam diligentiam pro illo removendo, et illud fuisse tale quod nullo prorsus modo removeri potuit, ut observat Paris, de resign. lib. II, quaest. 13 n° 17.

1° enim pro nostris principalibus fuit subjunctum hujusmodi diligentiam non fuisse necessariam, quia interposita fuit irrita, ex quo potentia Cardinalis Richelieu adeo praevalebat, ut non obstante quod Sedes Apostolica denegaverat illi concessionem dicti monasterii in commendam, nihilominus auctoritate regia possessionem illius arripuit et fructus percepit, proinde quia potentiam, vim et armatam manum principales nostri perfecti debuerunt et privati fuerunt sua libertate, quae requiritur ad hoc ut possit intrare poena devolutionis ex negligentia non eligendi, eandem non posse considerari quandoquidem ad illam excusandam admitti debeat quaelibet et minima et apparens causa ut tradit Paris. De consid. quaest. 27 n° 111 et 112.

2° allegata fuit causa, quod etiam data et non concessa negligentia et inde praesente devolutione contra Priorem et conventum Praemonstratensem, non tamen ea adhuc intrare posset pro Sede Apostolica quia certi juris est, quod quocumque casu in inferiori ecclesia a Cathedrali devolutio debeat semper fieri ad immediatum superiorem, juxta textum in C. quamquam de elect. in C. Ac ideo quia Capitulum generale Ordinis Praemonstratensis in hoc casu est immediate superior, ad ipsum, non ad Sedem Apostolicam facta fuit devolutio.

His omnibus bene auditis et exhibito Em. mo Car. li Protectori particuliari memoriali, ut a Congregatione impetrare dignaretur, quate-

nus antequam resolutio fieret nobis concederetur audientia super motivis quae excitari possent, declaravit quod desuper opportunum officium faceret, et advenientibus dd. Praelatis habita fuit dicta congregatio quae cum per horam circiter durasset, fuimus postea ad eam vocati, et Em.mus hinc exposuit quod rationes nostrae fuissent mature perpensae, sed quod non essent inventae tales, quae possent impedire provisionem apostolicam, quam gravissimis de causis conveniebat fieri impresenti temporis circumstantia, et ad effugendum majus malum, et quod prudentia suaderet minimum esse eligendum.

Ad quam expositionem ego infrascriptus respondi, quod attenta potentia Cardinalis Richelieu et impedimento regio non potuerit currere tempus nostris principalibus ad eligendum, sed Ill.mus Datarius sustinuit, quia licet non potuerit fieri publica et solemnis electio, potuit tamen bene fieri alia clandestina omni meliori modo, quae erat facienda ad conservandum jus electionis sicuti impedito acquirere **realem** possessionem sufficit eam capere per aspectum ad hoc ut jura possessoria sibi illaesa remaneant et propterea debuisse nostros principales illo juris remedio eludere vim sibi illatam et libertatem ademptam. Impedimentum enim quod aliquo modo removeri poterit non excusat a lapsu temporis. Paris. de resign. lib. II, quaest. 13, n° 28.

Et nihilominus subjunxit idem Datarius quando alicui non est jus per electionem acquisitum et res remansit integra quoad Papam omnium dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum plena et libera dispositio ex suae potestatis plenitudine noscitur pertinere. Clem. si duobus in fin. ut lit. pend., quam nunc expediebat interponere ne data ulteriori vacatione monasterii Praemonstratensis illud tandem in commendam alicujus potentis prelabatur in vilipendium auctoritatis Apostolicae et Ordinis gravissimum damnum.

Super quibus omnibus sermonem reassumpsit d. Petrus Carette, quod illa esset calumnia partis adversae, quae spargebat periculum futurae commendae et multa in contrarium facientia adduxit. Verum Em.mus asseruit Sedem Apostolicam per suum nuntium de ipso imminente periculo esse certioratam, cui addidit Datarius non esse multis desuper agendum. Et quid si Em.mus cardinalis Madzarinus, qui nunc **omnia** facit in Francia, hanc commendam affectaret. An non pari modo, ut fecit Cardinalis Richelieu illam occupare posset,

et cum sit in florenti et vegeta aetate quandonam sperari posset quod abbatia Praemonstratensis, quae caput Ordinis existit, extra commendam constitueretur, prout exigit Sac. Conc. Trid. Sess. 25, c. 21 de reg.

Egi igitur ego infrascriptus de jure eligendi Capituli Generalis ad quod illud in hoc casu sustinui esse devolutum, et quod esset facienda provisio, nisi cum clausula : sine praejudicio istius juris, sed Ill.mus Maraldus statim allegavit immediatam subjectionem ecclesiae Praemonstratensis respectu Papae excludere devolutionem ad alium superiorem, et cum insisteret, et replicassem istam immediatam subjectionem non verificari, quia Capitulum Generale erat superior non solum ecclesiae sed et abbatis Praemonstratensis, cui et ipse tenetur praestare obedientiam. Datarius dixit non esse inhaerendum huic quaestioni. quia cum non adesset aliquis coelectus papa poterat ex plenitudine potestatis absolute providere, nec in eo obesse concordata Franciaë, quia illa non impediunt quominus Papa et ejus legatus possit cum inferiori concurrere et jure praeventivo facere provisionem, et ita fuisse judicatum testatur Rebuffus, ad concordata Galliae in rubr. de collat. §. si quis vero in verbis ad alium superiorem ; et cum insisterem esse saltem provisionem faciendam cum dicta clausula sine praejudicio, quemadmodum fuit factum in diversis exemplis allegatis, fuit responsum in istis adfuisse coelectos quorum jus Papa noluit laedere, de jure autem suo praeventivo nullam cadere dubitationem, quin in hoc casu plenitudine posset eo uti, et Papam de suo jure certam habere notitiam in scrinio pectoris sui, sed de alieno, quia incertum est scribere cum clausula : sine praejudicio.

Supplicavit igitur R. admodum P. Joes Ordinis Procurator si Papa vellet providere de plenitudine postestatis, quod fieret provisio alteri personae dignae, eo quod adversarius erat inhabilis ad abbatiam Praemonstratensem propter sententiam Capituli Generalis contra illum latam, sed replicatum fuit ipsum praetendere se habere absolutionem ab ista sententia, de qua nunc non esset querendum : ex quo monasterium ab causis supra tactas, indigeret celeri provisione, quae pro nunc in alia persona practicari non posset, ceterum ne per istam provisionem ordo inverti posset Em.mus Cardinalis Protector praescripsit eidem R. P. Joanni quattriduum infra quod suggeret media pro bono illius regiminis, quae post

quam dedit Em.mus voluit illa ab ipso et Procuratoribus adversariis subscribi, et sunt quae continentur in adjuncto folio, juxta quae fiet expeditio.

Notandum autem est quod cum procuratores adversarii conarentur obviare clausula translationis, quod Em.mus dixerit illam esse necessariam, quia in abbate generali Ordinis duplex concurrat qualitas, videlicet abbatis monasterii Praemonstratensis, cui accessoria est alia qualitas, quod sit etiam Generalis totius Ordinis, sicuti particulari episcopatu Romano accessorius est, generalis pontificatus totius Ecclesiae catholicae, proindeque quia principale praevallet accessorio, ex hoc non posset stare illo non praeeistente suo iudicio esse necessariam translationem ad monasterium Praemonstratense, et in eo procuratores adversarii acquieverunt.

Ex quibus apparet quod plurimum nocuit Ordini et conventui Praemonstratensi non acceptare provisionem, quae alias offerebatur cum clausula : sine praepjudicio, quia si ita fuisset facta expeditio, non potuisset intrare gratia praeventiva, sed solum devolutiva, quatenus vera devolutio adfuisset. Et insuper si insuper alia fuisset facta electio, quod Papa non providere voluisset per viam praeventionis quae excludit quoque effectum appellationis R. P. Fontaine, quia hanc persequendo aliud obtineri non poterit quam ut omnia reducantur ad illum statum in quo erant ante electionem. Verum inde non datur impedimentum quominus Papa posset facere gratiam praeventivam, quam Romana Curia semper sustinebit esse validam propter plenitudinem potestatis pontificiae.

Quae omnia in hanc formam relationis redigere volui, ut praelatis Ordinis et aliis innotescat, cum qua diligentia sua jura fuerint defensa, ac bene advertatur quomodo in Capitulo Generali cum adversario erit tractandum.

Gherardus Meysz,
Ordinis Praemonstratensis Postulator.

Praemonstraten.

Expeditio monasterii Praemonstratensis ad favorem Reverendi Patris Raguët, si Sanctissimo placuerit expediatur in forma provisionis cum infrascriptis clausalis.

1° quod monasterium totumque Ordinem Praemonstratensem in Francia cum persona nominata per nuncium Franciae de consensu partium alias ex officio et extra Franciam in qualibet circaria seu provincia cum vicario generali eiusdem et si alicubi non adsit cum vicario generali viciniori sibi adjuncto, et usque ad proximum capitulum generale quoad visitationem et correctionem regere et gubernare teneatur.

2° quod detur clausula translationis ad effectum praesentium tantum.

3° quod fiat Capitulum Generale ante biennium in Urbe Roma sive in alio bono loco quem... Ordinis rationes possint commodè convenire arbitrio Em.mi Cardinalis, cui Generalis interesse debeat, nisi fuerit legitime impeditus.

Ego Frater Joannes COOMANS, consentio ut supra.

Ego Fr. Joachimus Valvinus Procurator suprascripti R.D. Raguet.

Ego Innocentius Richard, procurator ut supra.

* * *

HET PRELAATSHOF VAN ST. MICHIELS TE ANTWERPEN OP HET KIEL EN DE TOPONYMIE VAN BEERSCHOT -:-

Dadelijk moet hier er op gewezen, dat onder den huidige naam Kiel een groot gedeelte van het oude Beerschot is aangeduid. Met het graven der vestingswerken dwars door hoog en laag Kiel, waardoor een deel van het oude Kiel binnen de vestingen viel, is de naam van Kiel verschoven. En wat nu Kiel heet is meer Beerschot uit het verleden dan Kiel. Reeds het kerkhof is Beerschotsche grond. En nu wil het toeval dat juist in dezer dagen de Abdij Averbode, bij vriendelijkheid van haar archivaris mij het oude Landtboek van St. Michiels uit de XVIIde eeuw wil te leen bezorgen, waarin we meerdere bijzonderheden vinden omtrent de St. Michielsgronden, waar nu de Abdijstraat dwars doorloopt en andere in de buurt. Een buitenkans die we niet mogen laten verloren gaan.

Hoe St. Michiels op het Kiel kwam. — Tusschen het jaar 1148, uit hetwelk we een lijst bezitten van de landgoederen van de St. Michielsabdij, en het jaar 1155 wanneer de bisschop van Kamerijk een andermaal de eigendommen opnoemt van het klooster, heeft de abdij op de Zuidelijke Antwerpsche hoogte verkregen de « terra de Beverscot, cum molendino, mansis, pratis et pascuis », d.i. het